

Latein IIa (Faller) Übungstext - In Verrem

Als Statthalter von Sizilien schreckte Verres vor keinem Kunstraub zurück. In der Stadt Haluntium, die auf einem Berg lag, zwang er sogar einen ihrer vornehmsten Einwohner, Archagathus, ihm die kostbarsten Gefäße aus der gesamten Stadt zu bringen, da er selbst zu träge war, um persönlich in die Stadt hinaufzusteigen. Die Kunstschatze ließ er von seinen Experten sichten und nahm nur die besten Teile mit. Dabei kam es ihm nicht auf den Materialwert an – unverziertes Silber durften die Haluntiner behalten.

[Cic. Verr. II 4,51-53 (bearb., mit Ausl.)]

- Verres cum Haluntium¹ venisset, iudices, iste praetor laboriosus et diligens ipse in oppidum noluit accedere, quod erat difficili atque arduo ascensu². Archagathum³, hominem non solum domi, sed tota Sicilia in primis nobilem, vocari iussit. Ei negotium dedit, ut, quidquid argenti caelati esset Haluntii⁴ aut si quid etiam Corinthiorum⁵ esset, id omne statim ad mare ex
- 5 oppido deportaretur. Ascendit in oppidum Archagathus. Homo nobilis, qui a suis amari et diligi vellet, ferebat graviter⁶ illud sibi negotium ab isto esse datum. Pronuntiat, quid sibi imperatum esset; iubet omnes proferre, quod haberent. Metus erat summus; ipse enim tyrannus⁷ non discedebat longius; Archagathum et argentum in lectica cubans ad mare infra oppidum exspectabat.
- 10 Quem concursum in oppido factum esse putatis, quem clamorem, quem fletum mulierum? Urbem captam esse putares⁸. Efferuntur sine thecis⁹ vasa, extorquentur alia de manibus mulierum, effringuntur multorum fores, revelluntur claustra. Nemo sine maximo dolore argentum caelatum domo protulit. Omnia deferuntur ad mare. Cibyrateae fratres¹⁰ vocantur; quae¹¹ probaverant, iis¹¹ crustae¹² aut emblemata¹³ detrahebantur. Sic Haluntini excussis
- 15 deliciis cum argento puro domum revertuntur. Quod umquam, iudices, huiusce modi everriculum¹⁴ ulla in provincia fuit?

Hilfen:

¹ Haluntium: hier: Akk. der Richtung des Ortsnamens *Haluntium*

² difficili atque arduo ascensu: Ablativus qualitatis

³ Archagathum: Akk. v. *Archagathus*, -i, m. (Name eines Einwohners von Haluntium)

⁴ Haluntii: hier: Lokativ des Ortsnamens *Haluntium*

⁵ *Corinthia*, -orum, n.: „Gefäße aus korinthischer Bronze“

⁶ graviter ferre: „sich (darüber) ärgern(, dass)“ (im Lateinischen mit AcI)

⁷ tyrannus: „Tyrann“ (damit ist Verres gemeint, der auch Subjekt zu *exspectabat* (Z. 8) ist)

⁸ putares: „man hätte glauben können“

⁹ theca, -ae, f.: „Kasten“, „Kiste“

¹⁰ Cibyrateae fratres: „die Brüder aus Cibyra“. Diese Brüder aus der kleinasiatischen Stadt Cibyra waren Verres treu ergeben, waren Kunstkenner und begutachteten im Auftrag des Verres die Kunstschatze, die er sich anzueignen gedachte.

¹¹ quae ... iis: beides Neutrum Pl., aufeinander bezogen; ordne: *iis, quae probaverant, crustae aut emblemata detrahebantur*.

¹² crustae (N. Pl. f.): hier: „Zierstreifen“

¹³ emblemata: von *emblema*, *emblematis*, n.: hier: „Relief“

¹⁴ everriculum, -i, n.: „Kehrbesen“